

# PRÆFATIO AUTORIS.



UAM legem summus Deus naturæ dixit, ut in illa rei unius corruptio alteri<sup>9</sup> generatio sit, eandem in re Christianismi obtinere palam est : quippe in qua necesse est hominem veterem & carnalem prius mortificari & interire, ut existat homo novus & spiritualis; & quia vita nostra carnalis sanctissimæ vitæ Christi ex diametro adversatur, uti libro primo ostendimus, sequitur abnegandam esse nobis necessario vitam carnalem, priusquam vitam Christi spiritualem inchoemus & imitemur : exuendumq; ante ( sit enim hoc pro exemplo ) superbiæ cothurnum, quam humiles esse studeamus. Unde patet vitam spirituale<sup>m</sup> necessario à Pœnitentia inchoandam : id quod nos libro primo spectavimus, ut facile colligere est, ex serie capitum & epilogo. Quia vero in hoc libro doctrina de Pœnitentia per aliquot capita repetitur, cum ejus institutum ordinis & seriei capitū universorum,